



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus,
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An obliget eum, qui communicavit in Paschate, §. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

non sic se habet orare quotidie, & colere diem festum: licet enim finis non cadat sub præcepto; ostendit tamen præceptum sic, vel sic esse intelligendum.

§. 3.

An obliget eum qui communicavit in Paschate.

7 **S**I communicavit quis in Paschate, & post aliquod notabile tempus, puta post mensem, incidit in periculum v^æ ræ

a Suarez, Va'q. Volet aliques sequitur, & citat Hurb. de Euch. d. 10 d. ff. 2 b Idem ib. c Idem ib.

obligatur a iterum communicare. Ratio est, quia ex una parte hæc sunt duo præcepta, alterum communicandi in Paschate Ecclesiasticum, b alterum, communicandi in periculo mortis, ex communi sententia Divinæ simul, & Ecclesiasticum: & ex alia parte per unam sumptionem utrique, in casu dicto, satisfieri non potest: cum propter illam

distan-

distantiam. finis refectionis necessariae, instante morte, non habeatur per sumptionem tanto tempore ante factam. Quod si, qui in Paschate communicavit incidat in praedictum vitae periculum post paucos dies, puta post octo, vel decem; non obligabitur denuo communicare. Ratio est, quia cum finis refectionis necessariae tunc habeatur; potuit per unam sumptionem utrique obligationi satisfacere: ut ex dictis §. praecedenti clarè consequitur.

§. 4.

An hoc praecipuum obliget petere Eucharistiam ab haeretico, excommunicato, & similibus, si alius Sacerdos non adsit?

a Durand. Palud. a liq. apud Suar. de Euc. d. 2. sec. 4. fin.

8 **Q**uamvis aliqui a concedant à Sacerdote excommunicato, etiam denuncia-

M 4

103